



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

37 Missas latine non Germanice dicendas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

MISSAS LATINE NON

maneat, panis autem nō in euchar.
Ambr. dicente, licet figura panis &
vini videatur, nihil tamen aliud q̄
caro Christi & sanguis post conse-
crationem credendum. Hic aperte
negat panis substantiam, quum af-
firmet nihil aliud hic esse q̄ carnem
Christi & sanguinem.

MISSAS LATINE

non Germanice dicen-
das. XXXVII.

PRincipales linguas tēpore
Christi fuisse tres s. Hebraic.
Gręc. & Latinā, titulus indicat
cruci Christi affixus, in quib. deus
non immerito laudatur, & præcipue
in his linguas diuina persoluuntur
officia.

Mat. 27
Ioan. 19

Non negamus tamen Indis Au-
stralib. permissum, vt in lingua sua
rem diuinam facerēt, q̄d clerus eo-
rum hodie obseruat, vt vidimus &
audiuimus ipsi, licet mysteria misse,
quum non possent Italice interpre-
tari,

tari, ex eis habere non potuimus. Identidem aliqui de lingua Sclauonica latissima testantur, à Hierony. impetratū, vti Mechlouien in Cronica Polonorum testatur, in memoria hominum Cracouia in sacello s. Crucis (si recte nominis memini, nā librum non habeo ad manus) Sclauonice missas celebratas, at gens huius linguæ dudum cessit huic privilegio, & se Latinæ conformat ecclesiæ.

Et quia in tribus linguis principalibus titulus triumphalis Christi scriptus est, vt adhuc videtur Romæ apud s. crucem in Hieru. licet aliquot literis multum caducis. Ita non mirum, Latinā ecclesiam in sacris mysterijs, & linguæ sanctæ, & Græcæ vti voculis.

Hebra. sunt, Alleluia, Laudate deū, August. Psal. 106
Osanna, Eya saluifica.

Amen, fiat, vel in veritate sic est, fideliter.

F f Saba-

MISSAS LATINE NON

Greg. li. 9.
registri epi
stola. 3.

Sabaoth, exercitus, virtutes.

Kyrie eleison, domine miserere.

Christe eleison, Christe miserere.

Agios otheos yskyros athanatos e-
leyson ymas, sanctus Deus, fortis im-
mortalis, miserere nobis. Cur eccle-
sia aliqua Hebr. seruauerit, ratione
reddunt Orig. & Aug.

Quod aliqui aiunt, à Græcis La-
tina vsurpata in missa mihi non con-
stat. Descripsi missam Græcā ex lib.
archiepiscopi Rodiorum, & alterā
scripsit mihi Iohānicus Corcyren.
Basilianus, & omnes actiones ac ri-
tus per ordinem plurib. etiam dieb.
ostendit, at huius nullus meminit, li-
cet hoc Remigio tribuatur.

Etsi Itali vulgare suum habeāt, &
Græci, neutris tamen lingua verna-
cula missa celebratur, sed erudita &
docta, adeo vt nō sit necessarium va-
ria sectari Ideomata linguæ.

Mos ecclesie rationalis de missa
latina in ecclesia latina.

Quia

Quia sic missa celebrata est ante mille annos, quādo Germania christianismum accepit, vbi vrgentior apparet subfuisse ratio, missas Germanice legendi, pro nouella plantatione, & tamen viri sanctissimi, miraculis clari vsu ecclesie latine obseruarunt.

Magnam pareret confusionem, vt ad nos aduentantibus Italis, Hispanis, Gallis, Anglis, Hungaris, Bohemis &c. missae nostrae actionem non intelligerent, & omnes omnibus Barbari esse viderentur, & missa contemptui haberetur.

Et nedum confusio fieret diuersarum nationum, sed & scandalum in eadem natione. Nam in eadem Germania, illi vna vtuntur vocula, alij alia, & quod in vna parte honestum in alia turpe significat. Et pronuntiandi diuersitas in Germania, tantā induceret dissonantiam, vt esset Babylone confusior.

Ef 3 Ma

MISSAS LATINE NON

Magna quoque fieret tanto mysterio irreuerentia, si adeo vulgaris efficeretur, ut passim per cōpita, per tonstrinas, irrideretur, & bene potis cōuiujs, velut iam in locis fit Lutheranis, & olim pastores igne de cœlo dilapso, diuino iudicio puniti sunt: Ideo sepe Diony. ingerit, quomodo magistri fidei, hoc est, apostoli, diligentissime curauerūt, ne sancta sanctorum efferrent coram prophanis: & ideo summa illa & supersubstantialia, partim scriptis, partim nō scriptis institutionib. nobis tradiderūt. Itaque satius est in ecclesia catholica, missā legi in linguis Latina & Græca: nam gentium plenitudo, quæ ecclesiam intrauit, sub his duabus linguis præualuit sapientia, & potētia: Ideo antiquus mos populi Dei, ut August. ad Ianuarium inquit, pro lege habendus est. Verba consecrationis cum quibusdam alijs secrete in missa dici ecclesia constituit, quum
& pos-

& pontifex solus, & semel in anno Heb. 9
 intrauit in sancta sanctorū, an nō sa-
 cratoria sunt mysteria fidei nostræ?

Arcebantur Iudæi à loco sacratio- Exo. 26, 27
 ri, & velum erat ante eos, non mirū
 ecclesiā prohibuisse, ne laici propius
 assisterent celebranti, quo liberius
 hoc sacrum secretum perficiat, c. 10
 de vita & honest. clericorū. Hinc &
 altaria cortinis, & tabulis velari so-
 lent, vt sacerdos meminerit se ac-
 cedere ad secreta mysteria Dei tra-
 ctanda.

Luther in præceptorio dure tra-
 ctat eos, qui volunt canonem missæ Luther sibi
 altiori voce legendum, vt intelliga- repugnat
 tur: Cur ergo, vt missa intelligatur,
 modo vult eam Germanice & altis-
 sima voce legi. Adeo parum sibi con-
 stat hæreticus.

Christus in silentio orauit, & se- Mat. 26
 crete, & secedens à discipulis. Luc. 22,

¶ Obijciunt hæretici,

Paulus prohibet Corinthiis, ne 1. Cor. 14

ff 3 in

MISSAS LATINE NON

in ecclesia loquatur lingua que non intelligatur, ait enim: Quis supplebit locum idiotæ? quomodo dicet Amen super tuā in benedictionem? quoniam quid dicas, nescit.

Porro si latine legitur missa, laici non intelligunt.

Et ita nullus est fructus huius auditionis, ac si ad parietē fieret sermo

¶ Respondent catholici,

Ad verba Pauli, in homelijs nostris ostendimus, orationem etiā nō intellectam esse meritoriam, homi. 3. Rogationum.

Quod ad missam torquent hæretici, respondemus, Paulum loqui de propheta, id est, interprete & doctore scripturarum, sic enim propheta hic vsurpatur, vt Hieron. & Aug. testantur: Frustra ergo Germanis quis prædicaret in lingua ignota, at de missa nullā facit hic mentionē Paulus: liquet ex verbis Pauli. Sed in ecclesia volo quandoque verba sensu

meo

2 Cor. 14

meo loqui, vt & alios instruā, expen-
de instruā, q̄d fit prædicatione, nō ce-
lebratione missæ: vide hom. vbi sup.

Etsi laici non intelligant verba, ta-
men intelligūt omnia mysteria, que De secūdo
ab incunabulis, vel parētum tradi-
tione, vel Curatorum prædicatione
hauserunt, ideo iā flectendo genua,
iam assurgendo, iam inclinādo, iam
pectoris tunctione, ac crucis signatio-
ne, accōmodant se celebrationi mis-
sæ. Vnde ipsa actio externa ostendit
eos plus intelligere de myster. missæ
q̄ si Cice. Liuius & Varro Latine do-
ctissimi, auscultarent verba de my-
sterijs ipsis non instructi.

Non est inutilis missæ auditio, etiā De tertio
verbis nō intellectis ob sequentia.

1 Quoniā in missa sacra scriptura Ioan. 6
in vsum recipitur, sed per eā spiritus
sanct. loquitur, eamq; cordibus instil-
lat quibuscunq; linguis.

2 Sacerdos in missa est communis 1. Cor. 14
minister totius ecclesiæ, ideo omnes

F f 4 missæ

MISSAS LATINE NON

missæ auditores fiduciã suam reponere debent in fide ecclesiæ Catholice, nam illa plus placet deo, vt sponsa dilectissima, quã cuiuscunq; privati hominis fides.

3 Scopus missæ, nulli auditori missæ subtrahitur, siue intelligat, aut minus: Nam finem missæ, & præcipuam ecclesiæ intentionem nouit, siquidem sacrificium illud offerri pro uiuis & mortuis, in memoriam passionis & mortis Christi ad laudẽ dei ad ædificationem ecclesiæ, ad honorem diuæ Marię, & omnium sanctorum. Quid si illa intelligentia laici, ita deuotione acuetur, vt præcellat multorum verba missæ arride intelligentium, prudentiam? Constat enim orantis deuotionem aliquando impediri posse, nimia verborum attentione.

4 Etiã si mysteria sacratissime missæ in lingua vernacula non pandantur: *ostendit quod in homilijs ac de-*
clama-

clamationibus ad plebem secundum consuetudinem ecclesie hæc explanetur, vbi populus in fide, & moribus instruitur, vt nulli omnino saltem pio ac frequenti verbi dei auditori, intelligentia mysteriorum missæ sit abscondita, nec mutuo quidem & surdo. Ita misericors deus vult omnes homines saluos fieri.

Concludamus ergo, Germanis sufficere missam Latinam, cum sint de latina ecclesia, cum enim tres sint lingue principales, Hebraica, Græca, & Latina, & non sine mysterio Pilatus Christi titulum his exarauerit ignorans, & nos reuerenter mysteria saluatoris sub his agnoscere debemus, & magnitudinem mysterij, velut Aug. Albinus, Isidorus, Beda & alij testantur.

¶ Concludamus hoc dicto

Hieron. super Zach.

Persequutionis tempore sacerdotes ecclesie audacter captiuis credentibus repromittat, quod rursus edificandæ

F f 5 ficandæ

MIS. LA. NON GER. DI.

ficāda sunt ecclesie, & pacis reddenda tranquillitas, cessabit ergo aliquādo per diuinam clementiā. Lutheri, Zuinglij, Oecolampadi, Blarerij, Hostiandri, Schnepfii, & similiū hēreses & reflorescit prisca fidei veritas.

Hoc fac bone Iesu, & cito.

ENCHRIDII UTILITAS
ex Augustino super
Canonē Ioannis.

Omnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram intente oportet audire: Maxime tamen memoriæ cōmendanda sunt, quæ aduersus hæreticos valēt plurimum, quorum infidię infirmiores quosq; & negligentiores circūuenire non cessant.

Soli Deo gloria.

XXI. ARTICVLI Anabaptistarum Monasteriensium, per Doctorem Ioannem Cochleum confutati, adiuncta ostensione originis, ex qua defluerunt.

A.R.